

rium de disputatione cum Hæreticis ineuñ-  
 da, ab Imperatore appellatū: rem ad Agel-  
 lium Novatianum Episcopum, & hunc ad  
 Sisinnium lectorem suum detulisse; quasi  
 Ecclesiæ Catholicæ defuerint viri docti &  
 prudentes, qui & cum adversariis fortiter  
 configere, sapienterque, qua ratione con-  
 figere oporteat, suadere possent: Sozome-  
 num autem & Socratem, Scriptores Nova-  
 tianos, Agellio & Sisinnio itidem Nova-  
 tianis, ex benevolentia erga suæ commu-  
 nionis Antistites factum hoc tribuisse, con-  
 fer Spond. ann. 475. num. 3. *Tum Consilij au-*  
*toritas.* hæreticus fuit, qui suavit, & quia  
 Novatianus Novator, Scripturarum Sacra-  
 rum refuga. Quis tutò de tribulis ficum  
 sperabit? Consilium ipsum primum dilem-  
 mate nitebatur nimis quàm imbelli; potuit  
 enim utrumque ejus cornu admitti sine pe-  
 riculo; recipi scil. testimonium Doctorum  
 anteriorum, sed ut horologium ad primum  
 solis motum examinandum: nec tamen  
 agnosci oportuit pro sufficienti controver-  
 siarum normâ. Eò quòd de sensu testimo-  
 niorum Veterum disceptari possit, sæpe am-  
 biguo, aliquoties (saltem ad speciem) con-  
 tradictorio: ad quam normam hæc poste-  
 rior disceptatio referenda; quo medio ve-  
 ritas sensus indaganda? nisi quam Sisin-  
 nius abrogatum i verat, disputandi peritia?

R

Dein-